

## Lectio iij.

quità liberatam ante pramissit, & subdit femine sanitatem. Utrumque enim sexum Dominus curatus advenerat; sed prior sanari debuit, qui prior creatus est, nec pratermitti illa que mobilitate magis animi quam pravitate peccaverat.

**R.** Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cepērunt loqui, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis: \* Et convenit multitudine dicentium, alleluia. **V.** Loquebantur variis linguis Apostoli magna Dei. Et. **Benedictio.** Divinum auxilium.

## Lectio ij.

**S**abbato medicine Dominice opera cepta significat, ut inde nova creatura coeperit, ubi vetus creatura ante desivit: nec sub lege esse Dei Filium, sed supra legem in ipso principio designaret; nec solvi legem, sed impleri. Neque enim per legem, sed verbo factus est mundus, sicut legimus: Verbo Domini celi firmati sunt. Non solvitur ergo lex, sed impleretur; ut fiat renovatio hominis jam labentis. Unde & Apostolus ait: Expoliantes vos veterem hominem, induite novum qui secundum Deum creatus est.

**R.** Jam non dicam vos servos, sed amicos meos: quia omnia cognovisti, que operatus sum in medio vestri, alleluia: \* Accipite Spiritum sanctum in vobis Paraclitum: ille est, quem Pater mittit vobis, alleluia. **V.** Vos amici mei estis, si feceritis que ego precipio vobis. Accipite Spiritum. Gloria Patri. Accipite Spiritum. **Benedictio.** Ad societatem.

**E**T bene sabbato cepit, ut ipsum se ostenderet Creatorem, qui opera operibus intexeret, & prosequeretur opus quod ipse jam coeperat: ut si domum faber renovare disponat, non a fundamentis, sed a culminibus incipit solvere vetustatem. Itaque ibi prius manum admovet, ubi ante desierat: deinde a minoribus incipit, ut ad majora perveniat. Liberare a demone & homines, sed in verbo Dei possunt: resurrectionem mortuis imperare, divinæ solus est potestatis. Fortassis etiam in typo mulieris illius socrus Simonis & Andree variis criminum febribus caro nostra languebat, & diversarum cupiditatum immodicis aestuabat illecebris. Nec minorem febrem amoris esse dixerim, quam caloris. Itaque illa animum, hæc corpus inflammat. Febres enim nostra, avaritia est: febris nostra, libido est: febris nostra, luxuria est: febris nostra, ambitio est: febris nostra, iracundia est.

Te Deum laudamus. 13.

## Ad Benedictus, Antiphona.

Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per inhabitantem Spiritum ejus in nobis, alleluia.

## Oratio.

**M**entibus nostris, quesumus Domine, Spiritum sanctum benignus infunde: cujus & sapientia conditi sumus, & providentia gubernamur. Per Dominum. In unitate ejusdem Spiritus sancti.

Post Nonam, celebrata Missa, terminatur tempus Paschale.

# PROPRIUM S AN C T O R U M .

DIE XXIX. NOVEMBRIS.

Sancti Saturnini Martyris  
Commemoratio.

Ad Vesperas Antiphona.

Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & a verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. **V.** Gloria & honore coronasti eum Domine. **R.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

## Oratio.

**D**Eus, qui nos beati Saturnini Martyris tui concessis natalitia perfui: ejus nos tribue meritis adjuvari. Per Dominum.

De Festis occurrentibus in Adventu non fit Officium, nisi fuerit Duplex, vel Semiduplex. Quod si venerit in Dominica, transferunt in Feriam ij. similiter non impeditur. De Simplicibus autem fit tantum Commemoratio: quod servatur etiam in Quadragesima, Quatuor Temporibus, & Vigiliis, ut in Rubricis generalibus dictum est.

## IN VIGILIA

S. Andree Apostoli.

Nihil fit de ea, nisi in Missa.

Ad Laudes pro Comm. S. Saturnini, Aña. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custoditeam. **V.** Justus, ut palma florebit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur. **Orat.** Deus, qui nos, ut sup.

DIE XXX. NOVEMBRIS.

In Festo Sancti Andree Apostoli.  
Duplex.

Ad Vesperas Aña. Salve crux pretiosa, cum reliq. de Laud. 581. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis ut infra in Comuni Apostolorum. j.

Capitulum. Rom. 10. b

**F**ratres, Corde enim creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptura: Omnis, qui credit in illum, non confundetur.

## Hymnus.

**E**xultet orbis gaudiis:  
Cælum resultat laudibus:  
Apostolorum gloria  
Tellus & astra concinunt.  
Vos sæculorum iudices,  
Et vera mundi lumina,  
Votis precamur cordium,  
Audite voces supplicum.  
Qui templa cæli clauditis,  
Serasque verbo solvitis,  
Nos a reatu noxiis  
Solve jubete, quesumus.

Præcepta quorum protinus  
Langor salusque sentiunt:  
Sanate mentes languidas:  
Augete nos virtutibus:  
Ut, cum reddibit Arbiter  
In fine Christus sæculi,  
Nos sempiterni gaudii  
Concedat esse cõpotes.

Patri, simulque Filio,  
Tibique sancte Spiritus,  
Sicut fuit, sit jugiter  
Sæculum pro omne gloria. Amen.  
**V.** In omnem terram exivit sonus eorum. **R.** Et in fines orbis terræ verba eorum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Unus ex duobus, qui secuti sunt Dominum, erat Andreas, frater Simonis Petri, alleluia.

## Oratio.

**M**ajestatem tuam, Domine, suppliciter exoramus; ut sicut Ecclesie tuæ beatus Andreas

Após-



Apostolus exiitit prædicator & rector, ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per Dñm. Amen.

Et fit Commem. Perie occurrentis. Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Apostolorum Dñm. Venite, adoremus. Psalmus. Venite, exultemus, I.

Hymnus.

**T**erna Christi mœna,  
Apostolorum gloriã,  
Palmas, & hymnos debitos  
Lætis canamus mentibus.

Ecclesiarum Principes,  
Belli triumphales duces,  
Cœlestis aulae milites,  
Et vera mundi lumina.

Devota sanctorum fides,  
Invicta spes credentium,  
Perfecta Christi charitas  
Mundi tyrannum conterit.

In his Paterna gloria,  
In his triumphat Filius,  
In his voluntas Spiritus,  
Cœlum repleret gaudio.

Patri, simulque Filio,  
Tibique sancte Spiritus,  
Sicut fuit, sit jugiter  
Sæculum per omne gloria. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.  
Vidit Dñm Petrum & Andream, & vocavit eos.

Psalmus 118.

**C**œli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diem erit verbum, & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones, \* quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum: \* & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: \* & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suorum

Exultavit ut gigas ad currendam

viam, \* à summo cœlo egressio ejus: ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per Dñm. Amen.

Et occursum ejus usque ad summum ejus: \* nec est qui se abscondat à calore ejus.

Lex Dñi immaculata, convertens animas: \* testimonium Dñi fidele, sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Dñi rectæ, lætificantes corda: \* præceptum Dñi lucidum; illuminans oculos.

Timor Dñi sanctus, permansens in sæculum sæculi: \* judicium Dñi vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: \* & dulciora super mel & favum.

Etenim servus tuus custodit ea, \* in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: \* & ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: \* & emundabor à delicto maximo.

Et erunt ut complacent eloquia oris mei: \* & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Dñm adjutor meus, \* & redemptor meus.

Antiphona. Vidit Dñm Petrum & Andream, & vocavit eos.

Antiphona. Venite post me, dicit Dñm, faciam vos fieri piscatores hominum.

Psalmus 33.

**B**enedicam Dñm in omni tempore: \* semper laus ejus in ore meo.

In Dño laudabitur anima mea: \* audiant mansueti, & lætentur. Magnificat Dñm mecum: \* & exultemus nomen ejus in idipsum.

Exquisivi Dñm, & exaudivit me: \* & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Accedite ad eum, & illuminamini: \* & facies vestræ non confundentur.

15-

Iste pauper clamavit, & Dñm exaudivit eum: \* & de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

Immittet angelus Dñi in circuitu timentium eum: \* & eripiet eos.

Gustate, & videte quoniam suavis est Dñm: \* beatus vir, qui sperat in eo.

Timete Dñm omnes sancti ejus: \* quoniam non est inopia timentibus eum.

Divites eguerunt & esurierunt: \* inquirentes autem Dñm non minuuntur omni bono.

Venite filii, audite me? \* timorem Dñi docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam: \* diligit dies videre bonos?

Prohibe linguam tuam à malo: \* & labia tua ne loquantur dolum.

Diverte à malo, & fac bonum: \* inquire pacem, & persequere eam.

Oculi Dñi super justos: \* & aures ejus in preces eorum.

Vultus autem Dñi super facientes mala: \* ut perdat de terra memoriam eorum.

Clamaverunt justi, & Dñm exaudivit eos: \* & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Juxta est Dñm is, qui tribulatio sunt corde: \* & humiles spiritu salvabit.

Multa tribulationes justorum: \* & de omnibus his liberabit eos Dñm.

Custodit Dñm omnia ossa eorum: \* unum ex his non conteritur.

Mors peccatorum pessima: \* & qui odertur justum, delinquent. Redimet Dñm animas servorum suorum: \* & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Antiphona. Venite post me, dicit Dñm, faciam vos fieri piscatores hominum.

Antiphona. Relictis rētibz suis, secuti sunt Dñm Redemptorem. Psalmus 44.

**E**rucitavit cor meum verbum bonum: \* dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ, \* velòciter scribens.

Speciosus formâ præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: \* propterea benedixit te Deus in ætænum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, \* potentissime. Spécie tuâ, & pulchritudine tuâ \* intende, prospere procede, & regna.

Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: \* & dederit te mirabiliter dextera tua.

Sagitte tue acute, populi sub te cadent, \* in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: \* virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: \* propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cacia à vestimentis tuis, à domibus eburneis: \* ex quibus delectaverunt te filie regum in honore tuo.

Assitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, \* circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: \* & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum: \* quoniam ipse est Dñm Deus tuus, & adorabit eum.

Et filie Tyri in muneribus \* vultum tuum deprecabuntur: omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filie regis ab intus, \* in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducetur regi virgines post eam: \* proxima ejus afferentur tibi.

Affe-



Afferentur in letitia & exultatione: \* adducuntur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: \* constitues eos principes super omnem terram.

Mémoires erunt nóminis tui \* in omni generatione & generatione.

Propterea populi confitebuntur tibi in ætérnum: \* & in sæculum sæculi.

**Antiphona.** Relictis rétibz suis, secuti sunt Dóminum Redemptórem. **V.** In omnem terram exivit sonus eórum. **R.** Et in fines orbis terræ verba eórum.

Deinde dicitur Pater noster.

**Abolutiones & Benedictiones,** ut in Dominica prima Adventus, 125. vel in principio Breviarium post Rubricas. **Exaudi Dómine.**

**V.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictione perpétua.

De Epistola beati Pauli Apóstoli ad Romanos. **Cap. 10.**

**Lectio ij.** **F**inis legis, Christus, ad justitiam omni credenti. Móyses enim scripsit, quóniam justitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, vivet in ea. Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: quia ascendet in cælum? id est, Christum deducere: Aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum à mortuis revocare. Sed quid dicit Scriptúra? Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc est verbum fidei, quod prædicamus. Quia si confitearis in ore tuo Dóminum Jesum, & in corde tuo credideris quod Deus illum suscitavit à mortuis, salvus eris.

**R.** Cum perambularet Dóminus juxta mare Galilææ, vidit Petrum & Andréam rétia mittentes in mare, & vocavit eos, dicens: \* Venite post me, faciam vos fieri piscatores hó-

minum. **V.** Erant enim piscatores, & ait illis. Venite post me. **Benedictio** Unigénitus Dei Filius.

**Lectio ij.**

**C**orde enim creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptúra: Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Judæi, & Græci: nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes, qui invocant illum. Omnis enim, qui cumque invocaverit nomen Dómini, salvus erit. Quómmodo ergo invocábunt, in quem non crediderunt? Aut quómmodo credent ei, quem non audierunt? Quómmodo autem audient sinè prædicante? Quómmodo verò prædicábunt nisi mittantur? sicut scriptum est: Quàm speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!

**R.** Mox ut vocem Dómini prædicantis audivit beatus Andréas, relictis rétibz, quorum usu actúus vivebat, & ætérnæ vitæ secutus est præmia largientem. **V.** Hic est, qui pro amore Christi pepéndit in cruce, & pro lege ejus sustinuit passionem. **Ætérnæ. Benedictio.** Spiritus sancti gratia.

**Lectio iij.**

**S**ed non omnes obediunt Evangelio. Isaías enim dicit: Dómine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed dico: Numquid Israel non cognovit? Primus Móyses dicit: Ego ad emulationem vos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram vos mittam. Isaías autem audet, & dicit: Inventus sum a non querentibus me; palam apparui iis, qui me non interrogabant. Ad Israel autem dicit: To-

Totà die expándi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.

**R.** Doctor bonus, & amicus Dei Andréas dicitur ad cruceem, quam à longe aspiciens, dixit: Salve crux,

**S**uscipe discipulum ejus, qui pepéndit in te magister meus Christus. **V.** Salve crux, quæ in corpore Christi dedicata es: & ex membris ejus tamquam margaritis ornata. **Suscipe.** Gloria Patri. **Suscipe.**

**In secundo Nocturno, Antiphona** Dignum sibi Dóminus computavit Máryrem, quem vocavit Apóstolum, dum esset in mari, alleluia.

**Psalms 46.**

**O**mnes Gentes plaudite manibus: \* jubilate Deo in voce exultationis.

Quóniam Dóminus excelsus, terribilis: \* Rex magnus super omnem terram.

Subjécit populus nobis: \* & gentes sub pedibus nostris.

Elégit nobis hæreditatem suam: \* spécieem Jacob, quam diléxit.

Ascendit Deus in júbilo: \* & Dóminus in voce tubæ.

Psallite Deo nostro, psallite: \* psallite Regi nostro, psallite.

Quóniam rex omnis terræ Deus: \* psallite sapienter.

Regnabit Deus super gentes: \* Deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populórum congregati sunt cum Deo Abraham: \* quóniam dii fortes terræ, vehementer elevati sunt.

**Antiphona.** Dignum sit Dóminus computavit Máryrem, quem vocavit Apóstolum, dum esset in mari, alleluia.

**Antiphona.** Diléxit Andréam Dóminus in odórem suavitatis.

**Psalms 60.**

**E**xaudi Deus deprecationem meam: \* inténde orationi meæ.

*Parti Hyemalis.*

A finibus terræ ad te clamavi: \* dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus es spes mea: \* turris fortitudinis a facie inimici.

Inhabitabo in tabernáculo tuo in sæcula: \* protégar in velamento alarum tuarum.

Quóniam tu Deus meus exaudisti orationem meam: \* dedisti hæreditatem timéntibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjicies: \* annos ejus usque in diem generationis & generationis.

Permanet in ætérnum in conspectu Dei: \* misericórdiam & veritatem ejus qui requirit?

Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi: \* ut reddam vota mea de die in diem.

**Antiphona.** Diléxit Andréam Dóminus in odórem suavitatis.

**Antiphona.** Biduo vivens pendebat in cruce beatus Andréas pro Christi nómine, & docebat populum.

**Psalms 63.**

**E**xaudi Deus orationem meam: \* scdm deprecor: \* a timóre inimici érpe animam meam.

Protesti mi a convéntu malignántium: \* a multitúdine operántium iniquitatem.

Quia exarcuerunt ut gládium linguas suas: \* intendérunt arcum rem amaram, ut sagittent ocellis immaculatum.

Súbito sagittábunt eum, & non timebunt: \* firmavérunt sibi sermónem nequam.

Narravérunt ut absconderent láqueos: \* dixerunt: Quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates: \* defecerunt scrutantes scrutatio.

Accedet homo ad cor altum: \* & exaltabitur Deus.

Sagittæ parvulórum factæ sunt plagæ eórum: \* & infirmatæ sunt

Oo sunt



sunt contra eos lingue eorum.  
Conturbati sunt omnes qui videbant eos: \* & timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera Dei: \* & facta ejus intellexerunt.

Lætabitur justus in Dōmino, & sperabit in eo: \* & laudabuntur omnes recti corde.

**Antiphona.** Biduo vivens pendebat in cruce beatus Andr as pro Christi n mine, & docebat p pulum.

**V.** Constitues eos principes super omnem terram. **R.** M mores erunt n minis tui D mine. Pater noster.

**Absolutio.** Ipsius pietas. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

**Lectio iv.**

**A**ndr as Ap stolus Beths id e natus, qui est Galil e vicus, frater Petri, discipulus Jo annis Baptist e, c m eum de Christo dicentem audisset, Ecce Agnus Dei; sec tus Jesum, fratrem quoque suum ad eundem perduxit: c m postea un  c m fratre piscaretur in mari Galil e, ambo   praterente Christo D mino, ante alios Ap stolos vocati illis verbis: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum; nullam interponentes moram, & relictis retibus secuti sunt eum. Post cujus passionem & resurrectionem, Andr as, c m Scythiam Eur pe, que ei provincia ad Christi fidem discernendam obtigerat, venisset, deinde Epirum ac Thraciam peragrasset; doctrin  & miraculis innumerabiles homines ad Christum convertit. Post Patras Ach e profectus, & in ea urbe plurimis ad veritatem Evangelicam perductis, Ag am Proconsolem, predicationi Evangelic e resistentem, liberrim  increpavit, quod qui iudex hominum haberi vellet, Christum Deum omnium iudicem   temonibus elusus non agnosceret.

**R.** Homo Dei ducebatur ut crucifigerent eum: p pulus autem clamabat voce magna, dicens: \* Innocens ejus sanguis sine causa damnatur. **V.** C mque dicerent eum ut crucifigeretur, factus est concursus populorum clamantium, & dicentium, Innocens. **Benedictio.** Christus perpetua.

**Lectio v.**

**T**um Ag as iratus, Desine, inquit, Christum proferre, cui similia verba nihil profuerunt, qu  minus   Jud is crucifigeretur. Andr am ver  de Christo nihilominus liber  predicantem, quod pro salute humani generis se crucifigendum obtulisset, impi  oratione interpellat, ac demum hortatur, ut sibi consulens, diis velit immolare. Cui Andr as: Ego omnipotenti Deo, qui unus & verus est, immolo quotidie, non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatum Agnum in altari: cujus carnem posteaquam omnis p pulus credentium manducaverit, Agnus qui sacrificatus est, integer perseverat, & vivus. Quomobrem ir  accensus Ag as, jubet eum in carcerem detrudi: unde p pulus Andr am facill  liberasset, nisi ipse sedasset multitudinem, vehementius rogans, ne se ad optatissimam martyri coronam properantem impediunt.

**R.** O bona crux, que decorem & pulchritudinem de membris D mini suscepisti, accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo.

**V.** Ut per te me recipiat, qui per te me redemit. **V.** Beatus Andr as expansis manibus ad c elum, orabat dicens: Salva me bona crux. Ut per **Benedictio.** Ignem sui amoris.

**Lectio vi.**

**T**igitur paulo post in tribunal productum, c m Ag as crucis extollentem mysteria, sibi que suam

im-

impietatem exprobrantem diutius ferre non posset, in crucem tolli, & Christi mortem imitari jussit. Adductus Andr as ad locum martyrii, c m crucem vidisset, long  exclamare cepit: O bona crux, que decorem ex membris D mini suscepisti, diu desiderata, sollicit  amata, sine intermissione quesita, & aliquando cupienti animo preparata; accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo: ut per te me recipiat, qui per te me redemit. Itaque cruci affixus est: in qua biduum vivus pendens, & Christi fidem predicare nunquam intermittens, ad eum migravit, cujus mortis similitudinem concupierat. Qu  omnia Presbyteri & Diaconi Ach e, qui ejus passionem scripserunt, se ita, ut commemorata sunt, audisse & vidisse testantur. Ejus ossa primum Constantino Imperatore Constantinopolim, deinde Amalphi translatasunt. Caput, Pio Secundo Pontifice, Romam allatum, in Basilica Sancti Petri collocatum est.

**R.** Expandi manus meas tot  die in cruce ad p pulum non credentem, sed contradicentem mihi: \* Qui ambulat vias non bonas, sed post peccata sua. **V.** Deus ultionum D minus, Deus ultionum liber  egit: exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis. Qui ambulat, Gl ria Patri. Qui ambulat.

**In tertio Nocturno. Antiphona.** Non me permittas D mine famulum tuum   te separari: tempus est ut commendetur terr  corpus meum, & me ad te venire jubeas.

**Psalmus 74.**

**C**onfitebimur tibi Deus: \* confitebimur, & invocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: \* c m acc pero tempus, ego justitias iudicabo.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: \* ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniquis: Nolite iniqu  agere: \* & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu vestrum: \* nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque   desertis montibus: \* quoniam Deus iudex est.

Hunc humiliat, & hunc exaltat: \* quia calix in manu D mini vini meri plenus misto.

Et inclinavit ex hoc in hoc: verumtamen s x ejus non est exinanita: \* bibent omnes peccatores terr .

Ego autem annuntiabo in seculum: \* cantabo Deo Jacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam: \* & exaltabuntur cornua iusti.

**Ant.** Non me permittas D mine famulum tuum   te separari: tempus est ut commendetur terr  corpus meum, & me ad te venire jubeas.

**Ant.** Andr as ver  rogabat p pulum, ut non impediret passionem ipsius.

**Psalmus 96.**

**D**ominus regnavit, exultet terra: \* letentur insule multe. Nubes, & caligo in circuitu ejus: \* justitia, & iudicium correfcit sedis ejus.

Ignis ante ipsum pr cedet, \* & inflammabit in circuitu inimicos ejus. Illuxerunt fulgura ejus orbi terr : \* vidit, & commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt   facie D mini: \*   facie D mini omnis terra.

Annuntiaverunt c eli justitiam ejus: \* & viderunt omnes p puli gl riam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: \* & qui gloriantur in simulacris suis.



Adorâte eum omnes ángeli ejus: \*  
audivit, & lætata est Sion.

Et exultaverunt filie Judæ, \*  
propter judicia tua Dómine:

Quóniam tu Dóminus altissimus  
super omnem terram: \* nimis exal-  
tatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odite ma-  
lum: \* custodit Dóminus ánimas  
sanctorum suorum, de manu pecca-  
toris liberabit eos.

Lux orta est justo, \* & rectis cor-  
de lætitia.

Lætámini justi in Dómino: \* &  
confitémini memóriæ sanctificatió-  
nis ejus.

**Antiphoná.** Andréas verò rogábat  
pópulum, ut non impediret passio-  
nem ipsius.

**Añá.** Accipe me ab hominibus, &  
redde me magistro meo: ut per te me  
recipiat, qui per te me redemit, alle-  
luia.

**Psalms 98.**

**D**ominus regnâvit, irascântur  
pópuli: \* qui sedet super Ché-  
rubim a moveatur terra.

Dóminus in Sion magnus: \* & ex-  
celsus super omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno:  
quóniam terribile, & sanctum est: \*  
& honor regis judicium diligit.

Tu parásti directiónes: \* judicium  
& justitiam in Jacob tu fecisti.

Exaltáte Dóminum Deum nos-  
trum, & adoráte scabellum pedum  
ejus: \* quóniam sanctum est.

Móyses & Aaron in sacerdotibus  
ejus: \* & Samúel inter eos, qui in-  
vocant nomen ejus.

Invocabant Dóminum, & ipse ex-  
audiebat eos: \* in columna nubis  
loquebatur ad eos.

Custodiébant testimónia ejus, \* &  
præcéptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster tu exaudié-  
bas eos: \* Deus tu propitius fuisti

eis, & ulciscens in omnes adinven-  
tiones eorum.

Exaltáte Dóminum Deum nos-  
trum, & adoráte in monte sancto  
ejus: \* quóniam sanctus Dominus  
Deus noster.

**Antiphona.** Accipe me ab homini-  
bus, & redde me magistro meo:  
ut per te me recipiat, qui per te  
me redemit, alleluia. **V.** Nimis  
honorati sunt amici tui Deus.

**R.** Nimis confortatus est principá-  
tus eorum. Pater noster. **Absolú-  
tio.** A vinculis. **V.** Jube domne.

**Benedictio.** Evangélica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum  
Matthæum.

**Lectio vij.** *Cap. 4. c*

**I**n illo tempore: Ambulans Jesus  
iuxta mare Galilææ, vidit duos  
fratres, Simónem, qui vocatur Pe-  
trus, & Andréam fratrem ejus, mit-  
tentes rete in mare. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Homilia 25. in Evangelia.

**A**udistis, fratres charissimi, quia  
ad unius jussiónis vocem Petrus  
& Andréas relictis retibus secuti  
sunt Redemptorem. Nulla verò hunc  
facere adhuc miracula viderant; ni-  
hil ab eo de premio æternæ retribu-  
tiónis audierant: & tamen ad unum  
Dómini præcéptum, hoc quod pos-  
sederé videbantur, oblitii sunt. Quanta  
nos ejus miracula videmus, quot fla-  
gellis affligimur, quantis minarum as-  
peritatibus deterremur, & tamen vo-  
cantem sequi contemnimus?

**R.** Orávit Sanctus Andréas, dum  
respiceret in cœlum, & voce magnâ  
clamávit, & dixit: Tu es Deus meus,  
quem vidi: ne me patiaris ab impio  
judice depóni: \* Quia virtutem sanc-  
tæ Crucis agnovi. **V.** Tu es magister  
meus Christus, quem dilexi, quem cog-  
novi, quem confessus sum: tantom-  
modo in ista voce exaudi me. **Quia.**

**Benedictio.** Cujus festum colimus.

**Lec-**

**Lectio vij.**

**I**n cœlo jam sedet, qui de conver-  
sione nos admonet: jam jugo  
fidei colla Géntium subdidit, jam  
mundi glóriam stravit, jam ruinis  
ejus crebrescentibus, districti sui ju-  
dicii diem propinquantem denun-  
tíat: & tamen superba mens nostra  
adhuc non vult hoc sponte desérere,  
quod quotidie perditur. Quid  
ergo, fratres charissimi, quid in ejus  
judicio dicturi sumus, qui ab amore  
præséntis sæculi nec præcéptis fléti-  
mur, nec verbéribus emendámur?

**R.** Videns crucem Andréas exclá-  
mávit, dicens: O crux admirabilis, o  
crux desiderabilis, o crux, quæ per to-  
tum mundum rútilas: \* Suscipe disci-  
pulum Christi, ac per te me reci-  
piat, qui per te moriens me redemit.

**V.** O bona crux, quæ decorem &  
pulchritudinem de membris Dómini  
suscepisti. Suscipe, Glória Patri. Sus-  
cipe. **Benedictio.** Ad societatem.

**Lectio ix.**

**S**ed fortassè áliquis tæcitis sibi  
cogitatiónibus dicat: Ad vocem  
Dominicam uterque iste piscator  
quid, aut quantum dimisit, qui penè  
nihil habuit? Sed hac in re, fratres  
charissimi, affectum debemus potius  
pensare, quam censum. Multum re-  
liquit, qui sibi nihil retinuit: mul-  
tum reliquit, qui quantumlibet pa-  
rum, totum deseruit. Certè nos ha-  
bita cum amore possidemus, & ea  
quæ minimè habemus, ex desiderio  
querimus. Multum ergo Petrus &  
Andréas dimisit, quando uterque  
etiám desideria habendi dereliquit.

Te Deum laudamus. 13.

**AD LAUDES**

& per Horas Antiphona.

**S**alve crux pretiosa, suscipe disci-  
pulum ejus, qui pependit in te  
magister meus Christus. **Psalms.** Dó-  
minus regnâvit, cum reliquis. 14.

**Añá.** Beatus Andréas orábat dicens:

Dómine Rex æternæ glóriæ, sus-  
cipe me pendente in patibulo.

**Añá.** Andréas Christi famulus, dig-  
nus Dei Apóstolus, germanus Petri,  
& in passione socius. **Añá.** Maximi-  
la Christo amabilis tulit corpus Apó-  
stoli, óptimo loco cum aromatibus se-  
pellivit. **Añá.** Qui persequebantur jus-  
tum, demersisti eos Dómine in infer-  
no, & in ligno crucis dux justi fuisti.

**Capitulum.** Rom. 10. b.

**F**ratres, Corde enim créditur ad  
justitiam: ore autem confessio  
fit ad salutem. Dicit enim Scriptúra:  
Omnia, qui credit in illum, non con-  
fundetur.

**Hymnus.**

**E**xultet orbis gaudiis:

Cœlum resultat laudibus  
Apostolorum glóriam  
Tellus & astra cœcinnunt.

Vos sæculorum iudices,  
Et vera mundi lúmina,  
Votis precámur córdium;

Audite voces supplicum.

Qui templa cœli clauditis,  
Serasque verbo solvitis,  
Nos à reatu nóxios

Solvi jubéte, quasumus.

Præcépta quorum próntius  
Languor salúsque sentiunt;

Sanatæ mentes languidas,  
Augéte nos virtutibus.

Ut, cum redibit Arbitr  
In fine Christus sæculi;

Nos sempiterni gaudii  
Concedat esse cõpotes.

Patri, simulque Filio,  
Tibique sancte Spiritus,  
Sicut fuit, sit jögiter

Sæculum per omne glória. Amen.

**V.** Annuntiaverunt ópera Dei.

**R.** Et facta ejus intellexerunt.  
**Ad Benedictus, Antiphona.**

Concedé nobis hóminem justum, red-  
de nobis hóminem sanctum; ne in-  
terferias hóminem Deo charum, jus-  
tum, mansuetum, & piúm.

Oo 3

Or-



## Oratio.

**M**ajestatem tuam, Domine, suppliciter exoramus; ut sicut Ecclesie tue beatus Andreas Apostolus extitit prædicator & rector, ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per Dominum.

Deinde fit Commemoratio Feriæ.

Ad Tertiam. Antiphona. Beatus Andreas. Capitulum. Fratres, Corde enim creditur, ut supra. 581.

**R. br.** In omnem terram. Exiit sonus eorum. In omnem. **V.** Et in fines orbis terra verba eorum. Exiit. Gloria Patri. In omnem. **V.** Constitues eos principes super omnem terram. **R.** Memores erunt nominis tui Domine.

Ad Sextam, Antiphona.

Andreas Christi famulus.

Capitulum. Rom. 10. c

**N**on enim est distinctio Judæi, & Græci: nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum: omnis enim, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.

**R. breve.** Constitues eos principes. Super omnem terram. Constitues.

**V.** Memores erunt nominis tui Domine. Super. Gloria Patri. Constitues. **V.** Nimis honorati sunt amici tui Deus. **R.** Nimis confortatus est principatus eorum.

Ad Nonam Antiphona.

Qui persequebantur justum.

Capitulum. Rom. 10. c

**I**saias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terre verba eorum.

**R. breve.** Nimis honorati sunt amici tui Deus. Nimis. **V.** Nimis confortatus est principatus eorum. Amici. Gloria Patri. Nimis.

**V.** Annuntiaverunt opera Dei.

**R.** Et facta ejus intellexerunt.

Ad Vesperas, Antiphona. Salve crux pretiosa, cum reliquis de Laudibus. 581. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis ut in ij. Vesperis de Communi Apostolorum. xi. Capitulum. Fratres, Corde enim creditur, Hymn. Exultet orbis, ut supra. 581. **V.** Annuntiaverunt opera Dei, **R.** Et facta ejus intellexerunt.

Ad Magnificat, Antiphona.

Cum pervenisset beatus Andreas ad locum, ubi crux parata erat, exclamavit, & dixit: O bona crux, diu desiderata, & jam concupiscenti animo preparata: securus, & gaudens venio ad te, ita & tu exultans, suscipias me discipulum ejus, qui pependit in te.

Oratio. Majestatem tuam; ut supra, cum Commemoratione Feriæ.

## FESTA DECEMBRIS.

Ante Adventum prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. clvj.

## DIE II. DECEMBRIS.

In Festo S. Bibiane Virginis & Mart. Semiduplex.

Officium fit ut in Rubricis generalibus notatur de festo Semiduplex.

Omnia dicuntur de Communi Virginum, lxxiv. exceptis his quæ hie sunt propria: quod & in similibus servatur, tam de Apostolis, quam de Martyribus & Confessoribus.

Oratio.

**D**eus omnium largitor bonorum, qui in famula tua Bibiana cum virginitatis flore martyrii palmam conjunxisti: mentes nostras ejus intercessione tibi charitate conjunge; ut amotis periculis, præmia consequamur æterna. Per Dominum.

Et fit Commemoratio Feriæ: quod & servatur per totum Adventum in Vesperis & Laudibus.

In ij. Nocturno Lectiones de Scrip-

tu-

tura occurrente: quod in allis Festis servatur, quando in primo Nocturno non assignantur alia Lectiones.

In ij. Nocturno. Lectio iv.

**B**ibiana virgo Romana, nobili genere nata, Christiana fide nobilior fuit. Ejus enim pater Flavianus sub Juliano Apostata impiissimo tyranno Expressus, servilibusque notis compunctus, ad aquas Taurinas deportatus, martyrii concluse domi, in inedia conficeretur: mox relegata mater extra Urbem capite plexa est. Mortuus autem pater parentibus, Bibiana cum sorore sua Demetria bonis omnibus expoliatus. Apronianus Urbis Prætor, pecuniis inhians, sorores persequitur, quas humana prorsus ope destitutas, Deo mirabiliter, qui dat escam esuriéntibus, enutriente, cum vivaciores vegetioresque conspexisset, vehementer est admiratus.

**R.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam, & Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procedet, & regna. Et deducet.

Lectio v.

**S**uadet nihilominus Apronianus, ut venerentur deos Gentium, amissas ideo opes. Imperatoris gratiam, præclarissimas nuptias consequatur. Si secus fecerint, minatur carceres, virgas, securis. At ille neque blanditiis, neque minis à recta fide declinantes, parati potius mori, quam foedari moribus Ethnicorum, Prætoris impietatem constantissime detestantur. Quare Demetria ob oculos Bibiane repente corruens, obit in Domino: Bibiana Rufina mulieri vaferrime seducenda traditur: quæ ab incunabulis edocta Christianas leges, & illibarum servare virginitatis florem, se ipsa fortior, femina superavit in-

sidias, & Prætoris astus delisit. **R.** Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vi.

**N**ihil autem proficiente Rufina, quæ, præter dolosa verba, illam quotidie verbèribus affligebat, ut de sancto proposito dimoveret, spe sua frustrata Prætor, accensus ira, quod in Bibiana perdidisset operam, a licitoribus eam denudari, vincitque manibus columna alligari, eamque plumbatis cædi jubet, donec efflaret animam. Cujus sacrum corpus obsecrat eamibus biduo jacuit in foro Tauri, illasque tamen, & divinitus servatum: quod deinde Joannes Presbyter sepelivit noctu juxta sepulchrum sororis & matris ad palatium Licinianum, ubi usque in præsens extat Ecclesia Deo, Sanctæ Bibiane nomine, dicata: quam Urbanus Octavus instauravit, Sanctarum Bibiane, Demetrie, & Dafsosæ corporibus in ea repositis, & sub ara maxima collocatis.

**R.** Afferentur Regi virgines post eam, proxime ejus. Afferentur tibi in læticia & exultatione. **V.** Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procedet, & regna. Afferentur tibi. Gloria Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mathæum.

Lectio vij.

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolas hanc: Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Homilia 11. in Evangelia.

**C**elorum regnum, fratres charissimi, desidero terrenis rebus simile dicitur, ut ex his quæ animus

no 4